











AD MAIOREM
DEI GLORIAM

BULLÆ
APOSTOLICÆ,
QVÆ IIS,

*Qui in prima Probatione, Ceteris
risque Novitatis Societatis
IESV ostendi solent.*

ROMÆ, In Collegio Rom.
eiusdem Societatis.

Anno Dñi
MDCVI.

CVM FAE

SUPER

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

CONFIRMATIO

*Alia instituti cum maiori, tum illius,
tum aliorum Societatis indul-
torum declaratione.*

M. D. L.



IVLIVS EPISCOPVS

*seruus seruorum Dei, ad perpe-
tuam rei memoriam.*

 XPOS C I T debitum pasto-
ralis officij, cui nos licet imme-
ritos, prætulit diuina Maiestas;
vt fideles quoslibet, præsertim
religiosos, in via mandato-
rum Domini ad illius honorem, & gloriam
& proximorum spiritualem profectum de-
ambulantes, paternis confoueamus affecti-
bus: vt fideles ipsi, dextera Domini sibi affi-
stante propitia, æternæ salutis præmium
feruentius exquirant, & in eorum pio pro-
posito confoueantur. Dudum siquidem, per
felicis recordationis Paulum Papam Ter-
tium prædecessorem nostrū, accepto, Quod
dilecti filij, Ignatius de Loyola, & Petrus Fa-
ber, ac Iacobus Laynez, necnon Claudius
Iaius, & Paschasius Broet, ac Franciscus Xa-
vier, necnon Alfonsus Salmeron, & Simon

Summa lit-
terarū Apo-
stolicarum
Pauli iij. de
Instituto So-
cietatis.

A 2 Ro-

4 *Confirmatio instituti.*

I V L I I Rodericus , ac Ioannes Coduri , & Nicolaus
III. de Bobadilla , presbyteri , Pampilonen . Ge-
bennan . Seguntin . Toletan . Vilen . Ebredu-
nen . & Palentin . ciuitatum & diœc . in Arti-
bus magistri , in Vniuersitate Parisien . gra-
duati , & in Theologicis studijs , per plures
annos exercitati , Spiritu sancto afflati , iam-
dudum è diuersis mundi regionibus deceden-
tes , in vnum conuenerant : & exemplaris , ac
religiosæ vitæ Socij effeſti , abdicatis huius
ſæculi illecebris , eorum vitam perpetuò Do-
mini Nostri I E S V Christi , atque suo , &
successorum suorum Romanorum Pontifi-
cum seruitio dedicauerant : & iam pluribus
annis verbum Dei prædicando , & fideles pri-
uatim ad pias meditationes , beneque ac
beate viuendum excitando , hospitalibus in-
ſeruiendo , pueros & alios rudes ſalubria-
dogmata , ad Christiani hominis institutio-
nem necessaria docendo , ac denique omnia
caritatis officia , quæ ad animarum ædifica-
tionem pertinebant , vbiique terrarum , vbi
peregrinati fuerant , quisque iuxta traditam
ſibi ab ipſo Spiritu sancto gratiam , multa-
cum laude obeundo , laudabiliter in vinea
Domini ſe exercuerant ; eorum institutum
sub quadam viuendi formula ab ipſis edita ,
Euangelicæ veritati , & sanctorum patrum
fæctionibus conformi , vt vinculum carita-
tis , & vnio in ipſis quidem Socijs , & alijs ,
qui

qui prædictum vellent institutum sequi, con- I V L II
teruarentur, approbavit, & confirmavit, & III.
benedixit: ipsosque Socios, quorum numerum, non ultra sexaginta esse tunc voluit,
sub sua, & Apostolicæ sedis protectione succepit; illisque condendi Constitutiones, &
statuta quæcunque ad ipsius sic institutæ,
& confirmatæ Societatis conseruationem,
& felicem progressum, licentiam concessit
per quasdam. Cumque postmodum pro-
gressu temporis, Spiritu sancto cooperante,
ex Societate prædicta spiritualem animarum
fructum crescere; & multos, qui institutum
prædictum sequi vellent, in Parisien. & alijs
generalium studiorum Vniuersitatibus, stu-
dere intellexisset, idem prædecessor, Ignati,
& aliorum Sociorum prædictorum
piam vitam, & doctrinam attendendo, ei-
dem Societati, ut quoscunque alios idoneos,
& iuxta suas Constitutiones probatos libe-
rè admittere posset, concessit. Et nihi-
lominus, ut Coadiutores tam Presbyteros,
qui in spiritualibus, quam laicos, qui in
temporalibus, & domesticis officijs eos
adiuuarent (qui quidem Coadiutores pera-
ctis probationibus, iuxta Constitutiones
Societatis huiusmodi requisitis, ac maio-
rem deuotionem suam, & meritum etiam
tria vota, Paupertatis videlicet, Castitatis,
& Obedientiæ possent emittere, non so-

I V L I I lemnia, sed quibus, pro eo tempore quo Pra-
 III. positus Generalis Societatis prædictæ eis
 in ministerio spirituali, vel temporali vten-
 dum iudicaret, astringerentur: quique om-
 nium honorum operum, quæ in dicta
 Societate fierent, ac meritorum omnium,
 participes fierent, perinde, vt qui solem-
 nem professionem in eadem Societate
 emisisse(ant) possent assumere; & alias gra-
 tias, ac priuilegia ad fouendam, & adiu-
 uandam in ijs, quæ ad Dei honorem, &
 animarum salutem pertinebant, Societa-
 tem prædictam, de benignitate Apostolica
 concessit. Ut autem prædicta omnia
 prius ab eodem prædecessore concessa,
 magis confirmentur, & simul omnia, quæ
 ad institutum prædictæ Societatis perti-
 nent, eisdem in litteris aliarum summam
 continentibus comprehendantur, & vt ali-
 qua obscurius dicta, & quæ scrupulum,
 ac dubitationem possent iniucere, per nos
 exactius explicitur: nobis fuit humiliter
 supplicatum, vt formulam qua prædictæ
 Societatis institutum exactius, & distin-
 ctius, quam antea, edocente experientia,
 ac usu rerum, expressum, eodem tamen
 spiritu comprehenditur confirmare dignare-
 mar, cuius tenor sequitur, & est talis. Qui-
 cunque in Societate nostra, quam Iesu no-
 mine insigniri cupimus, vult sub crucis ve-
 xillo

xillo Deo militare , & soli Domino , ac Ec- I V L I I
clesia ipsius sponsæ, sub Romano Pontifice , III.
Christi in terris Vicario seruire, post solemne
perpetua Castitatis, Paupertatis, & Obedien-
tiae votum , proponat sibi in animo , se par-
tem esse Societatis , ad hoc potissimum insti-
tutæ , ut ad fidei defensionem , & propaga-
tionem , & profectum animarum in vita , &
doctrina Christiana per publicas prædicatio-
nes , lectiones , & aliud quocunque verbi
Dei ministerium , ac spiritualia exercitia , pue-
rorum , ac rudium in Christianismo institu-
tionem , Christi fidelium in confessionibus au-
diendis , ac cæteris Sacramentis administran-
dis , spiritualem consolationem præcipue in-
tendat : & nihilominus ad dissidentium re-
conciliationem , & eorum , qui in carceribus ,
vel in hospitalibus inueniuntur , piam subuen-
tionem , & ministerium , ac reliqua caritatis
opera , prout ad Dei gloriam , & commune
bonum expedire visum erit , exequenda gra-
tis omnino , & nullo pro suo in prædictis om-
nibus labore , stipendio accepto , se utilem
exhibeat ; curetque primo Deum , deinde
hunc sui instituti rationem , quæ via quæ-
dam est ad illum , quoad vixerit , ante oculos
habere , & finem hunc sibi à Deo propositum
totis viribus assequi , unusquisque tamen se-
cundum gratiam sibi à Spiritu sancto submi-
nistratam , & vocationis suæ proprium gra-

Vota pau-
pertatis, ca-
stitatis , &
obediëtiæ .
Finis insti-
tuti.

Puerorum
ac rudium
institutio.

Operumæ
ritatis exer-
citia , quæ
gratis om-
nino exhi-
benda sunt.

I V L I I dum. Ideoque ; nequis forte zelo vtatur, III. sed non secundum scientiam , proprij cuiusque gradus iudicium , & officiorum discrecio, ac distributio tota sit in manu Præpositi Generalis seu Prælati per nos quocunque tempore eligendi, vel eorum, quos ipse sibi ea cum auctoritate substituerit, ut congruus ordo seruetur in omni bene instituta communitate necessarius. Qui quidem De condenda dis constitutionibus.

Præpositus habet auctoritatem declarandi Institutum Consilii ad grauiora conuocandum. In formula comprehenso, declarandi auctoritatem habeat. Consilium vero necessario conuocandum ad condendas , vel immutandas Constitutiones , & alia grauiora , vt alienare , vel dissoluere Domos , ac Collegia semel erecta , intelligatur esse maior pars totius professæ Societatis (iuxta Constitutionum nostrarum declarationem) quæ sine magno incommodo potest à Præposito Generali conuocari.

In his quæ nō tantum momenti sunt, idem Præpositus adiutus, quatenus ipse opportunum iudicabit, fratrū suorū consilio, per seipsum ordinandi, & iubendi quæ ad Dei gloriam , & cōmune bonum pertinere in Domino videbuntur, ius totum habeat, prout in Constitutionibus eisdem expli-

cabili-

cabitur. Quicunque autem in hac Societate
professionem emiserint, non solum in primis
professionis sue foribus intelligat, sed quoad vi-
xerint, memores sint, Societatem hanc vniuer-
sam, & singulos, qui in ea profitentur, sub
Sanctissimi Domini nostri Pauli Papæ Tertij,
& aliorum Romanorum Pontificum succe-
sorum eius fideli obedientia Deo militare.
Et quamuis Euangeli doceamur, & fide
orthodoxa cognoscamus, ac firmiter tenea-
mus, omnes Christi fideles Romano Ponti-
fici, tanquam capiti, ac I E S V Christi Vi-
cario subesse: ob deuotionem tamen maio-
rem ad obedientiam sedis Apostolicæ, &
maorem voluntatum nostrarum abnega-
tionem, & certiorem sancti Spiritus dire-
ctionem summopere conducere iudicau-
mus, singulos nos, & quicunque ean-
dem in posterum professionem emiserint,
ultra illud commune trium votorum vin-
culum, speciali ad hoc voto astringi, ut quid-
quid modernus, & alij Romani Pontifi-
ces, pro tempore existentes iussent ad
profectum animarum, & fidei propagatio-
nen pertinens, & ad quascunque prouin-
cias nos mittere voluerint, sineulla tergiuer-
satione aut excusatione illico, quantum
in nobis fuerit, siue nos ad Turcas siue ad
quoscunque alias Infideles, etiam in parti-
bus, quas India vocant, siue ad quoscun-
que

Speciale vo-
tu obediens
di Romani
Pontifici.

10 Confirmatio instituti.

I. V. L. II que Hæreticos, Schismaticos, seu etiam
III. ad quosvis fideles, mittendos censuerit, ex-

Ingressuri qui teneamur. Quamobrem qui ad nos ac-
Societatem cessuri sunt, antequam huic oneri hume-
quid consi- ros supponant, diu multumque mediten-
derare de- tur, an tantum pecuniæ spiritualis in bonis
bent. habeant, ut turrim hanc iuxta consilium

Dominicum possint consummare; hoc est,
an Spiritus Sanctus, qui illos impellit, tantum
illis gratiae pollicetur, ut huius vocationis
pondus, illo adiuuante, se laturos sperent:
& postquam, Domino inspirante, huic
I E S V Christi militiae nomen dederint,
die, noctuque succineti lumbos, & ad tam-
grandis debiti solutionem prompti esse

Missiones
non procu-
randæ.

decebunt. Ne qua autem possit esse inter
nos missionum, aut prouinciarum huiusmo-
di ambitio, vel detrectatio, intelligent singuli,
sibi per se, vel alium, de huiusmodi missio-
nibus quidquam cum Romano Pontifice
non esse curandum, sed omnem hanc curam
Deo, & ipsi Pontifici tamquam eius Vica-
rio, & Societatis Præposito, dimittendam:
cui quidem Præposito, sicut cæteris, nihil
de sui ipsius missione in alterutram partem,

Votum obe- nisi de Societatis consilio, cum dicto Pon-
dientia. tifice curandum erit. Voueant etiam sin-
guli, se in omnibus, quæ ad regulæ huius
nostræ obseruationem faciunt, Societatis
Præposito, qui ad hoc munus, quam fieri
posse

possit idoneus , ad plura vota , prout in Constitutionibus declarabitur , eligeretur , obediens fore . Ille autem , omnem eam auctoritatem , & potestatem habeat supra Societatem , quæ ad bonam eiusdem Societatis administrationem , correctionem , & gubernationem vtilis erit . Iubeat autem ea , quæ ad constructionem propositi sibi à Deo & à Societate finis , cognoverit esse opportuna : & in prælatione sua benignitatis , ac mansuetudinis , caritatisque Christi , Petri , Paulique formulæ semper fit memor : & tam-
ipie , quam consilium prædictum ad normam hanc assidue specent . Singuli vero subditorum tum propter ingentes ordinis vtilitates , tum propter nunquam satis laudatum humilitatis assiduum exercitium , non solum Præposito in omnibus , ad institutum Societatis pertinentibus , parere semper teneantur ; sed in illo Christum veluti præsentem agnoscant , & quantum decet , venerentur . Cum autem experti fuerimus , iucundiorem , puriorem , & ad proximi ædificationem aptiorem esse vitam ab omni auaritiæ contagione quam remotissimam , & euangelicæ paupertati quam simillimam ; cumque sciamus Dominum nostrum Iesum Christum , seruis suis regnum Dei solum inquirentibus , necessaria ad vitum , & vestitum esse subministraturum ,

sic

Præpositi electio , & potestas .

Gubernandi ratio .

Obediētia subditorum erga Præpotum .

Paupertatis Votum .

I V L I I sic vroueant singuli, & vniuersi perpetuam
III. Paupertatem, vt non solum priuatim, sed

Professi, & eorum Domus nō possumunt habere redditus. neque etiam communiter possint Professi, vel villa eorum Domus, aut Ecclesia ad aliquos prouentus, redditus, possessiones, sed nec ad villa bona stabilia, præter ea, quæ opportuna erunt ad usum proprium, & habitationem, retinenda, ius aliquod ciuile acquirere, rebus sibi ex caritate donatis ad necessarium vitæ usum contenti. Quia tamen Domus, quas Dominus dederit, ad operandum in vinea ipsius, & non ad scholastica studia exercenda destinandæ erunt: cum valde opportunum fore alioqui videatur, vt ex iuuenibus ad pietatem propensis, & ad litterarum studia tractanda idoneis, operarij eidem vineæ Domini parentur, qui Societatis nostræ, etiam professæ velut quoddam seminarium existant, possit professa Societas ad studiorum commoditatem, Scholarium habere Collegia, ubiunque ad ea construenda, & dotanda ex devotione aliqui mouebuntur: quæ simul atque constructa, & dotata fuerint (nontamen ex bonis, quorum collatio ad sedem Apostolicam pertinet) ex nunc auctoritate Apostolica erigi supplicamus, seu pro erezis haberi: quæ Collegia possint habere, redditus, census, seu possessiones, usibus & necessitatibus studentium applicandas, reten-

De Colle-
gijs, & eo-
rum reddi-
tibus.

ta

ea penes Præpositum, vel Societatem omni- I V L I I
 moda gubernatione, seu superintendentia III.
 super dicta Collegia, & prædictos studentes, Collegiorū
 quoad Rectorum, seu gubernatorum, ac stu- gubernatio
 dentium electionem, ac eorumdem admis- penes Pra-
 sionem, emissionem, receptionem, exclusio- positiū, vel
 nē, statutorum ordinationem, & circa Societatem
 studentium instructionem, eruditionem,
 edificationem, ac correctionem, vietus, ve- est.
 stitusque, & aliarum rerum necessariarum
 eis ministrandarum modum, atque aliam
 omnimodam gubernationem, regimen, ac
 curam, vt neque studentes diētis bonis abu-
 ti, neque Societas Professa in proprios usus
 conuertere possit, sed studentium necessita-
 ti subuenire. Qui quidem studentes ingenij
 & morum inde tales esse debebunt, vt me-
 rito speretur, post absoluta studia ad Socie-
 tatis functiones idoneos fore: & sic demum
 post cognitum in spiritu, & litteris eorum
 profectum, & post sufficiētem probationem
 in Societatem nostram admitti possint. So-
 cij autem omnes cum presbyteri esse de-
 beant, ad dicendum officium secundum
 communem Ecclesiæ ritum, sed priuatim
 & non communiter, vel in choro, tenean-
 tur: & in ijs, quæ ad viētum, & vestitum, &
 cætera exteriora pertinent, honestorum
 sacerdotum communem, & approbatum
 usum sequentur, vt quod inde pro cuiusque
 ne-

De officio
 diuino reci-
 tando
 In viētu, &
 vestitu se-
 qui debe-
 mus usum
 communē
 honestorū
 sacerdotiū.

I V L I I necessitate, vel spiritualis profectus desiderio
 III. subtraetum fuerit, ex deuotione, & non ex
 obligatione, rationabile obsequium corporis
 Deo, prout expediet, offeratur. Hæc sunt,
 quæ sub præfati Domini nostri Pauli, & se-
 dis Apostolicæ beneplacito, de nostra profes-
 sione, typo quodam explicare potuimus,
 quod nunc fecimus, vt summatim infor-
 maremus tum illos, qui nos de nostro vitæ
 instituto interrogant, tum etiam posteros
 nostros, si quos Deo volente, imitatores un-
 quam habebimus huius viæ. Quam cum
 multas, magnasque habere annexas difficul-
 tates fuerimus experti, opportunum iudi-
 cauimus, etiam statuere, ne quis ad professio-

Ad profes- nem, in hac Societate emittendam, nisi diu-
 sionem non turnis, & diligentissimi probationibus,
 admittâtur prout in Constitutionibus declarabitur, eius
 nisi diu mul- vita & doctrina explorata fuerit, recipia-
 tumq; pro- tur quia re vera: hoc institutum, omni-
 batu. no humiles & prudentes in Christo, & in
 Christianæ vitæ puritate, ac litteris con-
 spicuos exigit. Imò & ij, qui in Coadiuto-
 res tam in spiritualibus, quam in corpora-
 libus, & in Scholares admittentur, quorum
 vtrique, post sufficientes probationes, &
 tempus in Constitutionibus expressum, vo-
 Coadiuto- ta sua; ad deuotionem, & meritum mai-
 res, & echo- ius, non quidem solemnia (præter aliquos,
 laies vota qui de licentia Præpositi Generalis, pro-
 sua debent pter
 emittere.

pter ipsorum deuotionem , & personarum I V L I I
 qualitatem , tria vota huiusmodi solemnia T H I .
 facere poterunt , sed quibus teneantur ,
 quamdiu Præpositus Generalis in Societa-
 te eos retinendos esse censuerit) emittere
 debeant, prout in Cōstitutionibus latius expli-
 cabitur, non nisi diligenter examinati , & ido-
 nei reperti, ad eundem finem Societatis , ad-
 mittantur ad hanc IESV Christi militiā, qui
 tenuibus cœptis nostris fauere dignetur , ad
 gloriam Dei Patris, cui soli sit semper decus ,
 & honor in sæcula, amen. Quapropter cōside-
 rantes, nihil, quod pium sanctumque nō sit in
 dicta Societate , eiusque laudabilibus institu-
 tis, ac exemplari Ignatij, & aliorum Sociorum
 prædictorum vita, & moribus reperiri; eaque
 omnia ad fuorum, & aliorum Christi fidelium
 animarum salutem, & fidei exaltationem ten-
 dere: Socios , ac illorum Coadiutores prædi-
 ctos, & ipsius Societatis Scholares à quibus-
 uis excommunicationis, suspensionis, & inter-
 dicti, alijsque ecclesiasticis sententijs , censu-
 ris, & pœnis à iure , vel ab homine quavis
 occasione, vel causa latis, si quibus quomodo-
 libet innodati existunt , ad effectum præsen-
 tium dumtaxat consequendum, harum serie
 absoluentes , & absolutos fore censentes , il-
 losque sub nostra , & Apostolicæ sedis protec-
 tionе suscipientes , Motu proprio , & ex
 certa nostra scientia, auctoritate Apostolica ,

Aliqui tria
 vota solemnia emitte-
 re possunt.

Idonei coa-
 diutores, &
 scholares
 debent ad-
 mitti.

Approba-
 tur, & con-
 firmatur in
 stitutum &
 Privilegia
 concessa.

teno-

I V L I I tenore præsentium, erectionm, & institutio-
 nem Societatis, ac extentionem numeri illius
 Sociorū, ac receptionis, & admissionis Coadiu-
 torum, ac omnia, & singula Priuilegia, im-
 munitates, exemptiones, libertates, & con-
 dendī, & alterandi statuta, & ordinationes,
 ac alia quæuis indulta eisdem, Societati, & il-
 lius Præposito per prædecessorem nostrum,
 & sedem huiusmodi, sub quibuscumque teno-
 ribus, & formis concessā, & confirmata, ac
 desuper confectas, tam sub plumbo, quam in
 forma breuis litteras, & in eis contenta, ac in-
 de secuta quæcūque, perpetuō approbamus,
 & confirmamus, ac eis perpetuæ firmitatis ro-
 bur adiçimus, supplentes omnes, & singu-
 los tam Iuris, quam facti defectus, si qui
 interuenerint in eisdem. Eaque omnia & sin-
 gula perpetuæ, & inconcussæ firmitatis ro-
 bur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debe-
 re, & sic per quoscunque Iudices, & Com-
 missarios, quauis auctoritate fungentes, su-
 blata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iu-
 dicandi, & interpretandi facultate, & au-
 toritate, iudicari, interpretari, atque decidi
 debere; necnon quidquid secus super his per
 quoscunque, quauis auctoritate, scienter, vel
 ignoranter cōtigerit attentari, irritū & inane
 decernimus, & declaramus. Quocirca vniuer-
 sis, & singulis venerabilibus fratribus Pa-
 triarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis
 filijs

*Judices
qui assi-
stant.*

filijs Abbatibus, Prioribus, & alijs personis in dignitate ecclesiastica constitutis, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet per se, vel alium, seu alios prefatis Praeposito, & Societati in praemissis, efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra singulas predicas, & prælentes litteras plenum effectum fortiri, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari: non permittentes quemquam contra illarum tenorem quomodolibet indebite molestari: contradictores quoslibet, & rebelles per censuras ecclesiasticas, & alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita, compescendo, ac ceniuras predicas legitimis super his habendis seruatis processibus, etiam iteratis vicibus aggrauando; inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, & singulis, quæ in litteris predicis idem predecessor noster voluit non obstat, cæterisque contrarijs quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit iudee indultu, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbū, de indulto huiusmodi mentionē. Nulli ergo omnino hominum licet, hanc paginam nostræ absolutionis, susceptionis, approbationis, confirmationis, adie-

Non obstan-
tibus, &c.

etionis, supplicationis, decreti, declarationis,
& mandati infringere, vel ei auctu temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare præsum-
perit, indignationem omnipotentis Dei, ac
beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius,
se nouerit incursum.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum, An-
no incarnationis Dominicæ. M. D. L. Duo-
decimo Kalen. Augusti Pontificatus nostri
Anno Primo.

F. de Mendoza.

Fed. Cardinalis Cæsius.

C O N F I R M A T I O

Et extensio Priuilegij Societatis
I E S V contra Apostatas.

M. D. L X V .



P I V S E P I S C O P U S

*Seruus seruorum Dei; Ad perpetuam
rei memoriam.*

E Q V V M reputamus, & ratione consonum, ut ea, quae de Romani Pontificis gratia præcesserunt, licet eius superueniente obitu, litteræ Apostolice super illis confectæ non fuerint, suum sequantur effectum. Dudum siquidem feli recorda. Pio Papæ IIII. prædecessori nostro, pro parte carissimi in Christo filij nostri, tunc sui, Sebastiani Portugalliae, & Algarbiorum Regis illustris, ac dilectorum filiorum Præpositi Generalis, & Religiosorum Societatis I E S V , exposito, quod licet alias piæ memoriaræ Paulus Papa Tertius etiam prædecessor noster, in sui, dictæque Societatis favorem inhibuisset, ne quis post emissâ vota in dicta Societate secundum illius constitutiones, siue Professus, siue Scholaris, siue Coadiutor Sa-

Concessio
Pauli III.
contra Apo
statas Socie
tatis.

PIL. V. cieratis huiusmodi ille esset, ad quemuis alia ordinem, etiam per sedem Apostolicam approbatum (ordine Carthusiensem dum taxat excepto) nisi de expressa ipsius Præpositu, aut sedis licentia transferri posset. Volens, & concedens quod Generalis, & alij inferiores Præpositi dictæ Societatis, per se, vel per alios, sic egressos, ac alios quoscunque dictæ Societatis Apostatas, in quoconque habitu illos contineret inueniri, excommunicare, capere, & incarcerare, aut alias suæ disciplinæ submittere; & ad id, si opus foret, auxilium brachij sacerdotalis inuocare, libere & licite valerent, prout in ipsius Pauli prædecessoris litteris desuper confessis plenius dicebatur contineri: ac inhibitio, voluntas, & concessio Pauli prædecessoris huiusmodi, quæ tranquillitatē, conseruationem, & commune bonum dictæ Societatis concernebant, ab omnibus illius Religiosis humiliter seruari debuissent: nihilominus nonnulli animi leuitate, ut credebatur ducti, ac quietem labori, cui proculdubio Religiosi Societatis huiusmodi, pro excelen-

Quibus de da, & propaganda Christiana Religione continua erant expositi, ac priuatum commodū, publicæ, tam dictæ Societatis, quam Christianæ reipub. utilitati indiscretæ præferentes, fucatisque coloribus afferentes se id facere ob frugem melioris vitæ, aut strictioris obseruan- tiæ, seu non obtenta Superiorum licentia, ad alios,

alios, etiam fratum Mendicantium ordines transire posse iactabant, & forsan aliqui de facto iam transferant. Alij vero (quod turpis erat) ambitione cupiditate moti, postquam se Deo dediderant, iæculi libertatem quærentes, ad illud reuertu, & in illo palam degere non dubitauerunt, nec dubitant, in animarum suarum detrimentum, ac Societatis prædictæ non modicum præjudicium, & iacturam. Et nisi opportuno aliquo remedio, dictæ Societatis indemnitati, tranquillitati, & conseruationi consuleretur, verendum erat, ne Societas ipsa (quæ in erudientis, & docendis viris, qui Christianæ Reipublicæ verbi Dei prædicationem prodeissent, & catholicam fidem in remotissimis etiam Brasilie partibus propagarent & seminarent, sedulò intendebat) taliter delusa, & defraudata viris, sua impensa & labore edoctis, careret litteratis, qui operam in vinea Domini, iuxta ipsius Societatis instituta, moremque, præstari, & exerceri solitam, valerent adimplere. Idcirco pro parte tam Sebastiani Regis, se & Religiosorum Societatis huiusmodi opera & doctrina plurimum uti assentis, quam Propositi Generalis, ac Religiosorum præfatorum, eidem Pio prædecessori humiliter supplicato, quatenus ipsius Societatis quieti, & conseruationi propicere, ac alias in præmissis opportune prouidere de benignitate Apo-

Societas nō
debet care-
re viris, sua
impensa &
labore edo-
ctis.

PII V. stolica dignaretur; præfatus Pius prædeces-
sor, qui votis illis, quæ dictæ Religionis pro-
fectum concernebant, Catholicis Regibus
præsertim instantibus, gratum præbere sole-
bat assensum, eosdem Sebastianum Regem,
ac Præpositum, & vtrumque eorum, à qui-
bus suis excommunicationis, suspensionis, &
interdicti, alij sque ecclesiasticis tententijs,
censuris, & pœnis, à iure vel ab homine qua-
uis occasione, vel causa latis, si quibus quo-
modolibet innodati existebant, ad effectum
infrascriptorum dumtaxat consequendum,
absoluens, & absolutos fore censens: necnon
veriores litterarum Pauli prædecessoris, ac
Constitutionum Societatis prædictarum te-
nores, nec non modum, formam, & qualita-
tes votorum, in ipsa Societate, tam per Pro-
fessos, quam Coadiutores, & Scholares suos
huiusmodi emitti solitorum, pro expressis
habens; huiusmodi supplicationibus incli-
natus, sub Dat. videlicet sexto Kal. Decemb.

Nullus post
 emissa vota
 etiam cuius
 uis indulti
 prætextu,
 potest a So-
 cietate exi-
 re, absque li-
 centia ob-
 tenta a suo
 Superiori. **t**, ab eodem Pio Prædecessore, vel alio Ro-
 mano

mano Pontifice pro tempore existente , seu illius maiore Pœnitentiario , aut aliquo Nuntio , vel Legato , etiam de latere impetrati , vel impetrandi (quod etiam ex tunc surreptitium idem Pius prædecessor declarauit) absque expressa Superioris sui licentia ad id ab eo specialiter obtenta , etiam quæsito colore ob frugem melioris vitæ , aut strictioris obseruantiae , ad quemuis alium , etiam Minorum , vel aliorum fratrum Mendicantium , aut Cisterciensium , vel Sancti Benedicti , aut aliorum Monachorum ordinem transire , vel etiam per Superiores ordinum huiusmodi suorumùè Monasteriorum (præfato ordine Carthusiensium dumtaxat excepto) recipi seu admitti posset seu præsumeret , sub pœna excommunicationis tam per recipientes , quam receptos , ac recedentes præfatos ipso facto incurrenda , & quam idem Pius prædecessor ex tunc contra quemlibet transgressorem quomodolibet in præmissis protulit : & à qua sic innodatus , præterquam in mortis articulo , ab alio quam à Romano Pontifice , vel superiore Societatis huiusmodi , absolvi non posset . Quodque nihilominus secus facta non tenerent , & nullius extiterent efficaciam vel momenti . & insuper , ut qui pro tempore ab ipsa Societate ad Carthusiensium præfatum , vel de Superioris licentia , ad alium ordinem transire vellent , ad

PII V.
Nullus de Sa-
cieritate po-
test transire
ad aliū ordī
nē præter
Carthusien-
sū sine licē-
tia sui supe-
rioris .
Transentes
ad aliū ordī
nē , vt præ-
fertur & qui
eos recipiunt
ac alias qui
recedunt a
Societate ,
sunt ipso fa-
cto excōica-
ti , nec pos-
sunt absoluī
nis a Papa .
aut a supe-
riore Socie-
tatis .
Recedentes
a Societate
infra quod
tempus Car-
thusiensiū ,
vel aliū or-
dinē tenen-
tur ingredi ,
& sub qua
pœna : quæ
etiam incur-

P I V. Carthusiensium videlicet, infra tres menses, sunt illos à die quo ab ipsa Societate recessissent, ad recipieres, alium vero ordinem infra tempus eis à dicto Superiori præfigendum accedere, illosque actualiter ingredi; &c., si in illis permanere nolent, aut non possent, absque villa mora ad dictam Societatem regredi tenerentur, sub poena excommunicationis præfata, quam tam ipsi Religiosi, quam illos recipientes, vel eis auxilium, consilium, vel fauorem præstantes, etiam incurrerent. Et nihilominus si quis ex Religiosis præfatis, animo indurato aliquid in contrarium attentare præsumeret, vel à dicta Societate, post in ea emissâ vota, ut præfertur, absque Superioris licentia exiret, & in sæculo, vel alio etiam Regulari loco degere præsumeret: liceret dicto Generali, alijsque dictæ Societatis Præpositis, & Superioribus, eosdem transgressores, & exeuntes, tanquam Apostatas, etiam per auxilij sæcularis brachij inuocationem, suminarie, & sine figura iudicij, ad dictam Societatem reuocare, capere, & incarcerare, ac debitæ pœnitentiæ subiucere; auctoritate Apostolica perpetuò statuit, ordinauit, præcepit, atque mandauit. Ac insuper eidem Societati, illiusque Generali, ac alijs Præpositis, & singularibus personis, quod omnibus, & singulis priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, fauoribus, gratijs, & indultis per quoscunque Ro-

Superioribus Societatis datur facultas procedendi contra dictos Apostatas.
 Comman-
dantur So-
cietati om-
nia. Priuile-
gia proce-
dendi cōtra
dictos Apo-
statas.

que Romanos Pontifices prædecessores suos singulorum Mendicantium fratrum ordinibus, illorumque Superioribus, & fratribus, in genere, vel in specie, etiam super suis Religiosis alterutruim non recipiendis, quomodo libet concessis, & approbatis, ac quibus illi vtebantur, potiebantur, & gaudebant; vti, potiri & gaudere, liberè & licitè valerent, eadem auctoritate concessit, & indulxit. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commisiarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & definiri debere. Ac quicquid fecus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentari contingret, irritum & inane decreuit.

NON obstantibus præmissis ac recolendæ memoriae Innocentij Papæ IIII. similiter prædecessoris nostri, quæ incipit, Licet, & alijs quibusuis constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis; necnon ordinum prædictorum, & alijs, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mendicantium, & alijs quibusuis ordinibus, eorumque Superioribus, & personis, sub quibusunque tenoribus, & formis,

Non obstan
tibus, &c.

PII V. ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis quo modolibet concessis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio seu quævis expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad id seruanda foret, idem Pius prædecessor, illorum omnium tenores pro sufficienter expressis habens, illis alias in suo robore permansuris, ea vice dumtaxat specialiter & expresse derogauit, cæterisque, contrarijs quibuscumque. Ne autem de absolutione, statuto, ordinatione, inhibitione, præcepto, mandato, indulto, concessione, decreto, & derogatione præfatis pro eo quod super illis, ipsius Pij prædecessoris eius superueniente obitu, litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari, ipsique Sebastianus Rex, ac Præpositus, & Societas huiusmodi illorum frustringentur effectu, volumus, & similiter dicta Apostolica auctoritate decernimus; quod statutum, ordinatio, inhibitio, præceptum, mandatum, indultum, concessio, decretum, & derogatio Pij prædecessoris huiusmodi, perinde à dicto die sexto Kalendas Decembris, suum sortiantur effectum, ac si super illis ipsius Pij

Hæc Pij cōtra Apostatas concessio a die vi gesima sexta Nouem.
Anno 1565 sortitur suū effectum.

præ-

prædecessoris litteræ sub eiusdem diei Datum confeſtæ fuissent, prout superius enarratur; quodque præsentes litteræ, ad probandum plene abſolutionem, statutum, ordinationem, inhibitionem, præceptum, mandatum, indultum, concessionem, decretum, & derogationem Pij prædecessoris huiusmodi, vbiique ſufficiant: nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Quo circa venerabilibus fratribus nostris Toletan. Et Auinionen. Archiepiscopis, ac Episcopo Leodien. per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnuſ eorum per ſe, vel aliū ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Sebastiani Regis, vel Præpositi Generalis Societatis hu- iuſmodi fuerint requiſiti, ſolemniter publi- cantes, eisque in præmiſſis efficacis deſen- fionis præſidio aſſiſtentes, faciant au- toritate noſtra, illos ſtatuto, ordinatione, inhibi- tionē, præcepto, mandato, indulto, conces- ſione, decreto, & derogatione prædictis pa- cifice frui, & gaudere: non permittentes eos, vel eorum aliquem deſuper per quo- cunque quauis auторitate fungentes, quo- modolibet indebitē moleſtari; contradicto- res quoſlibet ac inobedientes, & rebelles, per ſententias, censuras, & pœnas ecclesiati- cas, aliaque opportuna iuriſ remedia, ap- pella-

Deputatū
Iudices con-
ſeruatores.

PH V. pellatione postposita, compescendo: ne non
legitimis iuper his habendis seruatis procef-
sibus, illos censuras, & poenas prædictas in-
curriri declarando, easque etiam iteratis vi-
cibus aggrauando, & auxilium brachij fæcu-
laris si opus fuerit, inuocando.

NO N obstantibus Sanctæ memoriae Bonifacij Papæ VIII: etiam prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra suam ciuitatem, vel diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vitra vnam dietam à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur; seu ne iudices à dicta sede deputati extra ciuitatem, vel diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere præsumant: & de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo quis ultra tres dietas auctoritate præsentium, ad iudicium non trahatur; & alijs Apostolicis constitutionibus contrarijs quibuscumque omnibus supra dictis, aut si aliquibus communiter, vel diuisim, ab eadem sit sede indulatum, quod interdici suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
hoe

hoc attentare præiumpserit, indignatio
nem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri,
& Pauli Apostolorum eius, se nouerit incur-
surum.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno In-
carnationis Dominicae, Millesimo Quingen-
tesimo, sexagesimo quinto, sextodecimo Kal.
Februarij, Pontificatus nostri Annoprimo.

Io. Bapt. Fauchier.

E. de Torres.

GRE.

C O N S T I T U T I O
De noua instituti Societatis
I E S V confirmatione.

G R E G O R I V S E P I S C O P V S
seruus seruorum Dei, ad perpe-
tuam rei memoriam.

DOC SCENDENTE Domino, &
A Saluatore nostro in nauiculā,
ecē motus magnus factus est
in mari: ipse autem à discipulis
rogatus ventis imperauit, &
facta est tranquillitas. quā nos in Petri nauicu-
la collocati, turbinibus excitatis, ab eodem Do-
mino assiduis precibus postulantes, nostram
interea operam, & laborem in frangendis
procellosis fluctibus impendere non desisti-
mus. cumque tanti laboris socios, & validos
remiges diuina nobis prouidentia præparaue-
rit, corum opera in superandis sœuentis pela-
gi tempestatibus nos maxime subleuat, qui,
pro communi fluctuantium animarum salu-
te propria commoda nihili pendunt, seque-
ad omnia discrimina exponunt. in quo cum
aliarum Religionum studia, tum Societatis
Iesu assiduus pro Christo labor, necnon vs-
que

que ad finem perseverantia promptā se ostendit; cumque prolem catholicæ Religioni valde proficuam , & ad omnia pericula pro vniuersali Ecclesia subeunda paratam procreaverit, aliam, atque aliam à prima non degenerem præstante gratia Dei quotidie substituit, vt nobis eorum alumni per multiplices probationum gradus altius prouecti , semper præsto sint; quos in rebus arduis suscipiendis fructuosos operarios asciscamus : eos autem vt firmorem nobis opem ad prædicta nauare possint, ab omni non modo iniuria , sed etiam calumnia studemus intactos conseruare . Quod vt à nobis efficiatur, ipsius instituta tamquam fundamenta eius præsidij, quod catholicæ Religioni impendunt, immota, atque inconcussa , aliorum etiam Romanorum Pontificum exemplo debemus Apostolica auctoritate tueri, quorum fel. rec. Paulus III. & Iulius etiam III. Constitutiones, & laudabile dictæ Societatis institutum confirmarunt; Paulusque idem eam ipsam ab omni quorumcunque ordinariorum iurisdictione exemit: quo instituto per. Paulum IIII. examinato, & à Synodo Tridentina commendato, Pius V. item prædecessor noster Societatem ipsam ordinem esse mendicantem declarauit. Quæ omnia non immerito ab eis sunt concessa ob egregias virtutes, & dona Societati antedictæ diuinitus elargita ; cuius

G R E G.

XII.

Societatis
cōfirmatio-
nes aliae.Exemptio
Societatis.Societas
mendicans
declarata.

Finis.

pre-

G R E G. præcipiuus finis catholicæ est Religionis defensio ac propagatio , animarumque in christiana vita, & doctrina profectus: gratiæ quoque eius vocationis est proprium , diueria orbis terrarum loca ex Romani Pontificis, seu Præpositi Generalis ciuitate Societatis directione peragrare, vitamque in quavis mundi parte, agere, ubi saluandaru in sua opera animarum copiosior prouentus ad Dei gloriam iperatur . Ad quem finem Spiritus sanctus bo. m. Ignatij Loyolæ Societatis ipsius Institutoris, eiusque sociorum excitator , media quoque prædicationum , ac cuiuscunque ministerij verbi Dei, doctrinæque Christianæ , & spiritualium exercitiorum , aliorum item caritatis operum , & Sacramentorum administrationis, ac præcipue Pœnitentiæ , & Eucharistia , horumque frequentioris usus accommodauit. Ad quæ sufficienter, & pro dignitate prestanta, difficultates superandas , periculaque adeunda , quibus dictæ Societatis religiosi in huiusmodi discursionibus , & ministerijs exponuntur; necesse est, ut ipsi talia obituri, magno virtutis, & deuotionis præsidio muniantur: quod illis gratia in primis omnipotentis Dei, simulque educatio ipsa, longa item in Societate probatio, nec non regularum, & Constitutionum obseruantia præstare noscuntur. Quibus Constitutionibus, ut tantè ponant rudimenta virtutis, ad quam aluntur, statutum est,

Longa pro
batio,

regularum
obseruantia

Constitutiones

statutum

est, ut Nouitij in Societate biennio probetur, G R E G.
 quo expleto, si ipsi perseverare voluerint, &
 Societati fuerit ab eis satisfactum (quoniam
 Societas ipsa non solis Nouitijs, & Professis,
 vt reliqui regulares ordines, constat) tria sub-
 stantialia vota simplicia (nisi quis interdum
 ad professionem, vel gradum Coadiutorum
 formatorum admittendus videretur) Pauper-
 tatis, Castitatis, & Obedientiae in eadem So-
 cietate ex Apostolico indulto, ac iuxta voun-
 di, formulam in eisdem Constitutionibus ex-
 pressam emittunt, ac secundum illas promit-
 tunt se eandem Societatem ingressuros, hoc
 est, ulteriore aliquem illius gradum, prout
 Præposito videbitur Generali. Quibus votis
 emissis Nouitij esse desinunt, & in Societatis
 corpus, qui litteris operam dederint, vel datu-
 ri sunt, ut Scholares approbati: alij vero ut
 Coadiutores temporales nondum formati
 cooptantur, ac quantum est ex parte ipsorum
 perpetuo, ex parte vero Societatis iuxta Apo-
 stolica indulta, & Constitutiones prædictas
 tandiù obligati sunt, quandiu Præpositus Ge-
 neralis eos in Societate retinendos esse censue-
 rit. Quod ad Societatis conseruationem ma-
 xime est necessarium, idque ab illius exordio
 prouisum, & post experimento comprobatur
 est, idque initio ingressus illis explicite mani-
 festatur, atque ipsi conditionem hanc ample-
 tuntur, quæ eis (si quos dimittere oporteat)

XIII.

Nouitij biē
nio proban-
tur.Tria substā
tialia vota
simplicia.
 Scholares
 approbati.
 Coadiuto-
 res tempo-
 rales.

C multo

G R E C.**XIII.**

Coadiuto-
rūm tempo-
ralium for-
matorū tria
substantia-
lia vota pu-
blica, & in
manibus sed
simplicia.

Tertiū pro-
bationis an-
nus.

multo est commodior, ut liberi potius, quam
 votis obligati dimittantur, aliquique iustis, &
 rationabilibus de causis. Coadiutores tempo-
 rales non formati, qui non ad studia littera-
 rum, sed ad domestica munia curanda desti-
 nantur, post aliquot annos, quibus Generali
 Præposito, & Societati satisfecerint, per tria
 item Paupertatis, Castitatis, & Obedientiae
 vota licet publica, & in manibus Superioris
 emissā, non tamen solemnia, sed tum ex Con-
 stitutionum præscripto, tum ex vouentis, &
 admittentis intentione simplicia existunt, in
 Coadiutorum temporalium formatorum gra-
 dum admittuntur. Scholares vero studijs in
 Societate absolutis, antequam professi, vel
 Coadiutores spirituales formati fiant, non so-
 lum tertium adhuc vltioris probationis an-
 num, in deuotionis & humilitatis exercitijs
 impendunt (ut si qua fortasse in re harum vir-
 tutum feruor per litterarum occupationem
 intepuerit, per earundem virtutum frequen-
 tiorem exercitationem, ardentioremque Di-
 uini auxiliij inuocationem recalescat) sed etiā
 in verbi Dei, sacrarum & scholasticarum le-
 ctionum, pœnitentiæque & Eucharistiae Sa-
 cramentorum Societatis ministerijs tandiu-
 probantur, quandiu Præposito Generali vi-
 detur, nec antequam ipsi Præposito sint pla-
 ne perspecti, eique in omnibus satisfecerint
 ad huiusmodi gradus promouentur. Q.
 enim

enim ad professionem quatuor votorum admittendi sunt, eos iuxta Constitutiones easdem, & Apostolica decreta & Indulta, viros omnino humiles ac prudentes in Christo, & in vita puritate ac litteris conspicuos, diuturnisque ac diligentissimis experimentis probatos, atque Sacerdotes, & in ministerijs huiusmodi prius, diu multumque versatos vocatio haec requirit, utpote quos ardua maneant ministeria. Quo fit ut non omnes ad eandem professionem idonei esse, nec tales sine longa exercitatione atque experimento fieri, aut etiam cognosci possint. Quapropter Societatis corpus in sua membra & gradus, idem Ignatius diuino instinctu ita duxit disponendum, ut præter eos, quos Præpositus Generalis ad professionem quatuor votorum idoneos esse censuerit, & nonnullos, quos interdum ad professionem triuin admittere potest, reliqui etiam Sacerdotes, quorum vita & doctrina in Societate diu probata esset, ac Præposito Generali perspecta, & de ipsius licentia in Coadiutorum spiritualium formatorum gradum, per tria illa vota similiter publica, sed simplicia in superioris manibus emissa, admitterentur. Quibus emissis tam hi qui spirituales, quam qui temporales Coadiutores formati fuerint, certum in Societate gradum habent; suntque omnis hereditariae successiones incapaces, nihilque omnino proprij iuxta

G R E G.

XIII.

Quinā ad
professionē
quatuor vo
torum ad
mittendi.

Professitriū
votorum.

Coadiuto
res spiritua
les formati.

Coadiuto
rū formati
rum certus
in Societa
te gradus &
paupertas.

G R E G. Constitutiones easdem habere possunt. Nec propter emissā huiusmodi vota publica, aut per mortem ab intestato, in illorum sicuti, nec in Professorum bonis, Domus vlla, aut Ecclesia, vel Collegium dictæ Societatis succedere

Quartū votū solēne. potest. Qui vero quatuor votorum Professi futuri sunt, iij tribus illis solemnibus substantialibus votis quartum similiter solemnē adidunt, specialis Summo Pontifici obedientiæ circa missiones præstandæ, ob certiorem Spiritus sancti in missionibus ipsis directionem, ac maiorem ipsorum mittendorum Sedi Apostolicæ Obedientiam, maioremque deuotionem, humilitatē, mortificationem, ac voluntatum abnegationem. Post emissam vero professionem siue quatuor, siue trium votorum,

Alia vota simplicia Professoris. Professi ad Paupertatis, quæ regularis instituti murus est & propugnaculum, perfectiōnem tuendam, omnemque ambitionis occasionem excludendam; nonnulla alia simplicia vota emittunt. quibus promittunt se nunquam quacunque ratione acturos vel consenſuros, vt quæ in Constitutionibus Societatis circa paupertatem ordinata sunt, immutentur, nisi quando ex iusta rerum exigentium causa paupertas magis restringenda videtur; neque prætensuros ne indirecte quidem, vt in aliquam prælationem vel dignitatem intra vel extra Societatem eligantur; nec extra Societatem in sui electionem quantum in eis

in eis fuerit, cōsensuros, nisi coactos obedientia eius qui id ipsis poslit sub pœna peccati præcipere; item Societati vel eius Præposito manifestaturos, si quem sciant aliquid huiusmodi moliri. Porro non solum Professi, & Coadiutores formati, sed ex alijs quicunque absoluto probationis biennio prædicta tria substantialia vota etiam simplicia emiserint, si absque expressa licentia à Societate descendant, etiam si prætextu melioris frugis, & transitus ad alium quemcumque ordinem (Carthusiēsium dumtaxat excepto) id faciat, apostasiæ, & excommunicationis ex Apostolicę sedis decreto pœnas incurront, à quibus non nisi à Summo Pontifice, vel à Generali absolui possunt. Inique enim cum Societate ipsa ageretur, si viris multo labore ad ardua ministeria eruditis, cum religionis catholicę & huius sedis detrimento priuaretur, præser-tim cum Societatis Constitutiones, & priuilegia, quę supradicta continent, in separata, antequam ad Nouitiorum conuictum admittantur, habitatione, eis maturius consideranda tradantur. Biennio Nouitiatus completo, & emissis votis simplicibus, vna est omnibus omnino viuendi, & obediendi ratio; debent enim omnes in omnibus obedire, & in communione viuere non secus alij, atque ipsi Professi & Coadiutores formati, idque in Domibus quidem Probationum & Collegijs ex reddi-

G R E G.
XIII.

Qui emissis
votis etiam
simplicibus
sine licentia
discidunt,
apostasiæ,
& excom-
municatio-
nis pœnas
incurrunt.

Pœnas refe-
runtur.

Omnibus
vna est vi-
uendi, & obe-
diendi ratio.

Domus Pro-
bationum.
Collegia.

C 3 tibus,

G R E G .

XIII.

Domus Pro
fessorum.

Promissio
distribuēdi
bona in pau
peres.

Qui exple
to biennio
Nouitiatus
tria substan
tia Socie
tatis vota ,
simplicia e
miserint, ve
re & pro
prie religio
si existunt.
Si à Socie
tate defici
ant, excom
municatio
nis & alijs
apostatarū
penis subi
acent.

tibus, in Domibus vero Professorum, quę nul
los omnino redditus habere possunt, ex elec
mosynis tantum. Et licet qui ad gradus Pro
fessorum, & Coadiutorum formatorum
nondum peruererunt, bonorum iuorum ius
atque dominium tum alias ob iustas causas,
tum etiam ut maiorem Societas habeat li
bertatem illos, si opus fuerit, cum minori of
fensione dimitendi, ad tempus Generalis
Præpositi iudicio præscribendū valeant reti
nere, ut in pauperes tandem, seu alios pios
vſus pro ipsorum deuotione distribuant iuxta
Euangelicum consilium, ac promissionem,
quam initio Nouitiatus faciunt: interim ta
men quantum ad illorum vſum religiosam
paupertatem seruant, nec vlla re tanquā pro
pria, & sine Superioris facultate vt possunt.
Et quamuis ij omnes, qui post biennium No
uitiatus dicta tria vota simplicia, ut præfertur
emiserint, ac in corpus Societatis cooptati, il
liusque meritorum, & priuilegiorum non
secus atque ipsi Professi participes effecti; qui
que quantum in eis est, & professionem emit
tere parati, si ipse Præpositus Generalis id
prædictæ Societatis instituto congruere iudi
cauerit, & in perpetuum Dei seruitio votis
simplicibus consecrati, ac sua forte, prout lau
dabile Societatis institutum exigit, contenti,
vere & proprie religiosi existant; & si à So
cietate deficiant, excommunicationis & alijs

Apo-

CREG.
XIII.

Apostatarum pœnis sint subiecti: tamen cum non ita pridem intelleximus nonnullorum animos, qui prij alioqui & vtile operarij existebant, solicitari interdum & affligi, quasi non essent religiosi, eo quod non essent Professi; nec etiam deesie qui Religionis prætex tu, transfigurante se in angelum lucis Satana, non solum ea occasione inquieti existeret, sed etiam aliorum pacem & vocationem disturbare; eosque in fraudem & defectionem deducere conarentur, vnde fructuosa hæc religio grauissima potuisset acciperē detrimen ta: Idcirco cum diuina prouidentia pro temporum necessitate, varia & salutaria Ordinū instituta in Ecclesia sua produxerit, nouisque subinde in ea nascentibus morbis, noua remedia; nouisque emergentibus hostium impugnationibus, noua regularium ordinum auxilia excitarit: & cuique illorum, iuxta cuiuslibet peculiaris gratiæ vocationem peculiares quasdam notas, propria insignia, ac opportuna ad finem quem intendit, media suggererit; & nunc maxime (ut felicissimi toto orbe successus testantur) mirificos in agro Dominico fructus prædicto Societatis Iesu instituto proferat: quæ Societas (quemadmodum & alia nascentium regularium ordinum exordia) à spiritu contradictionis impugnatur: cumque ipsi Ordines Romanorum Pontificum propterea constitutionibus circummu-

Societatis
exordia im
pugnata, ut
& aliorum
ordinum.

GREG.
XIII.

Alia insti-
tuti decla-
ratio & con-
firmatio re-
fertur.

Nova insti-
tuti ac præ-
missorū om-
nium, Con-
stitutionū
que & Pri-
uilegiorum
Societatis
confirma-
tie.

niri consueuerint, cuius rei sanctorum Domi-
nici, & Francisci præclarissimi Ordines exem-
pla abunde suppeditarunt; ita nos licet alias
institutum prædictum, priuilegia & Consti-
tutiones ipsius Societatis confirmauerimus
& declarauerimus, motu proprio statuentes
eos, qui biennio Nouitiatus peracto tria vo-
ta, tametsi simplicia emiserunt, esse verè, &
proprie Religiosos; cum præcepto, ne quis
hæc in dubium reuocare audeat, ac cum ir-
ritante, & aliis decretis, prout in nostris su-
per hoc confectis litteris plenius continetur:
Nos vniuersalis Ecclesiæ utilitati, quam ex in-
uiolato, & inconcufo dictæ Societatis insti-
tuto, & religiosæ sobolis educatione senti-
mus, & maiorem in dies speramus, prospic-
cientes; & præterea eiusdem Societatis in-
dēnitati, paci, quieti, & incremento consulere
volentes, Motu simili, & ex certa scientia no-
stra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine
laudabile ipsius Societatis institutum, & quæ
illud concernunt præmissa omnia, & singula
prædictaque illius ac quæcunque alia priuile-
gia, facultates, exemptiones, immunitates,
gratias, & indulcta, à prædictis prædecessori-
bus nostris, & à nobis etiam per communi-
cationem concessa, Constitutiones quoque, ac
statuta, & decreta qualiacunque, ac si ad ver-
bum præsentibus insererentur pro expressis
habentes, tenore præsentium approbamus, &
con-

confirmamus, supplentes omnes Iuris, & facti defectus, si qui interuenient in praedictis Constitutionibus, & statutis. Ad hæc dictam Societatem firmo sedis huius præsidio communire voluntates, hac nostra perpetua Constitutione, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus statuimus atq; decernimus, tria vota huiusmodi, & si simplicia, ex huius sedis institutione, ac nostra etiam declaracione, & confirmatione esse vere substantialia, Religionis vota, ac in dicta Societate tanquam in Religione approbata per sedem eandem admissa fuisse, & esse, ac per nos admitti, nec in illis a quoquam præter nos, & sedem huiusmodi dispensari, nec ea ullo alio modo, quam per legitimam dimissionem à Societate cessare posse; & non modo eos, qui in Coadiutorum formatorum, siue spirituum, siue temporalium gradus, & ministeria, ut præfertur, admittuntur, sed & Scholares ipsos, ac supradictos alios omnes, & quoscunque, qui in ipsam Societatem admissi, biennio probationis à quolibet eorum peracto, tria vota substantialia praedita, tametsi simplicia emiserint, aut emitteant in futurum, vere & proprie religiosos fuisse, & esse, ac fore, & ubique semper & ab omnibus censeri & nominari debere, non secus atque ipsos tum Societatis, tum quorumuis aliorum Regularium ordinum Professos; siveque Præpositis in omnibus,

GREG.
XIII.

Huiusmodi
tria vota, &
si simplicia
vere tamen
sunt Reli-
gionis sub-
stantialia
vota.

Huiusmodi
vota, & si
simplicia,
emittentes
vere & pro-
prie sunt re-
ligiosi.
Noua exenti-
ptio.

G R E G. nibus, & per omnia obedire, & huic sedi immediate subiectos, & a quorumvis ordinariis, & delegatorum, seu aliorum iudicium iurisdictione omnino exemptos, prout nos etiam vigore praesentium eximimus; denique ut omnium Societatis priuilegiorum iuxta Generalis Praepositi dispositionem sunt participes, ita quoque excommunicationis maioris late sententię, & alijs Apostatarum

Poenæ apostatarum in nouantur. poenis, si qui à Societate deficiant, subiacere, ac tamquam veros Apostatas puniri posse, Earundem nec a quoquam, nisi per nos, & sedem prædicatarum ab etiam, aut Generalem Prepositum ab eisdem solutio de poenis absolui, nec ante huiusmodi absolutio- nemo referatur.

Nouum matrimonij pedimentū dirimens. nium contrahere, quinimmo eos omnes ad contrahendum inhabiles, ac contractus huiusmodi nulos, & irritos esse, prout irritos facimus, & annullamus. Et vt contradicentium audacia coercentur, premissas omnes, & quasi alias illis similes assertiones contra dictę Societatis institutum, vel quomodolibet in illius præjudicium pronuntiatas, aut scriptas, falsas omnino, & temerarias esse, & censeri

Præcipitur sub excommunicatio- nis, & inhabilitatis pæ- nis eo ipso incurrendis ne quis au- debere. Præcipimus igitur in virtute sanctę obedientię, ac sub poenis excommunicationis latę sententię, necnon inhabilitatis ad que- uis officia, & beneficia secularia, & quorumvis Ordinum regularia, eo ipsa absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutio- nem

nem nobis, & successoribus nostris reserua-
mus, ne quis cuiuscunque status, gradus, &
præminentie existat, dictæ Societatis institu-
tum, Constitutiones, vel etiam presentes, aut
quemvis earum, vel supradictorum omnium
articulum, vel aliud quid supradicta concer-
nens quoquis disputandi, vel etiam veritatis
indagande quæsto colore directe vel indirec-
te impugnare, vel eis contradicere audeat:
districtus inhibentes ne quis siue extra, siue
intra dictâ Societatē, nisi de illius Generalis,
aut inferiorū Præpositorum licentia, notatio-
nes, declarations, glossas, vel scholia vlla su-
per præmissis facere, vel ea nisi quantum ver-
ba ipsa sonant interpretari, aut de eis diico-
ptare, seu scrupulum cuiquam injicere, vel in
controversiam aut dubium reuocare audeat
quoquomodo; nec glossas, aut interpretatio-
nes siue impressas, seu scriptas ad id pertinen-
tes legere, docere, alijsque tradere, vendere,
vel apud se retinere presumat: si quid vero
dubij de eisdem oriri contigerit, ad sedem
prædictam, vel ad Generalem Præpositum
dictæ Societatis, aut ad eos quibus id ipse
commiserit, referatur. Sicque in præmissis om-
nibus & singulis per quoquncque Iudices &
Commissarios etiam causarum Palatij Apo-
stolici auditores, ac S. R. E. Cardinales in-
quauis causa, & instantia, sublata eis & eorum
cuilibet quauis aliter iudicandi & interpre-
tandi.

G R E C.

XIII.

deat Socie-
tatis institu-
tum & ce-
tera impu-
gnare.

Nec nisi de
Præposito-
rum licen-
tia interpre-
tari.

Nec in con-
trouersiam
reuocare.

Nec glossas
legere, do-
cere, alijs
tradere, vel
apud se re-
tinere.

GR E G.

XIII.

Sic iudicari
debere.Mandatur
omnibus or-
dinarijs, vt
præsentes
litteras ob-
seruari fa-
ciant.Nō obstan-
tibus.

tandi facultate, & auctoritate, iudicari, & de-
finiri debere; necnō irritū, & inane quidquid
secus super his a quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attentari.
Mandantes vniuersis, & singulis Patriarchis,
Archiepiscopis, Episcopis, & cæteris Ecclesia-
rum & locorum etiam Regularium Præla-
tis, per vniuersum orbē constitutis, vt præsen-
tes litteras in suis quisq; Ecclesijs, Prouincijs,
Ciuitatibus, diœcesibus & iurisdictionibus ab
omnibus inuiolate obseruari: quin etiam Præ-
positum ac personas Societatis huiusmodi de-
fendant, eosque præmissis omnibus & singu-
lis pacifice frui faciant, & gaudere, non per-
mittentes ipsos per quoscunque quomodolibet
molestari; contradictores per Censuras
Ecclesiasticas, & alia Iuris & facti remedia
opportuna, appellatione postposita, compe-
scendo, Inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit
auxilio brachij secularis. Non obstantibus re-
col. mem. Bonifacij Papæ viij. quæ incipit,
Quod votum, & alijs Apostolicis constitu-
tionibus, ac etiam aliorum ordinum, iuramen-
to, confirmatione Apostolica, vel quavis fir-
mitate alia roboratis statutis, & consuetudi-
nibus, priuilegijs quoque, Indultis, & litteris
Apostolicis quibuscunque huiusmodi ordinib-
us, Vniuersitatibus, locis vel personis per
quoscunque Romanos Pontifices prædece-
sores nostros, ac nos, & sedem prædictam
etiam

etiam motu proprio & ex certa scientia, ac de G R E G.
 Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum XIII.
 quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis,
 reuocatiuis, modificatiuis, præseruatiuis, ex-
 ceptiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac
 derogatoriarum derogatorijs, alijsque effica-
 cioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque
 & alijs decretis in genere, vel in specie, ac
 alias quomodolibet etiam pluries concessis,
 confirmatis, & inhouatis. Quibus omnibus &
 singulis etiam si in eis caueatur expressè, quod
 illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo,
 & forma in illis expressis derogari possit, pro
 illorum sufficiēti derogatione de illis, eorum-
 que totis tenoribus specialis, specifica, & ex-
 pressa mentio habenda, seu aliqua alia exqui-
 sita forma ad hoc seruanda foret, tenores hu-
 iusmodi præsentibus pro sufficienter expressis
 habentes, illis alias in suo robore permansu-
 ris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè
 derogamus: Contrarijs quibuscumque, aut
 si aliquibus communiter vel diuīsim ab ea-
 dem sit sede indultum, quod interdici, suspen-
 di, vel excommunicari non possint per litte-
 ras Apostolicas non facientes plenam, & ex-
 pressam, ac de verbo ad verbum de indulto
 huiusmodi mentionem. Præsentis autem
 Constitutionis & gratiæ communicationem
 omnibus alijs, qui sua privilegia cum ipsa So-
 cieta te copiose participant, participareque
 pote-

Præfens cō
 cessio non
 communi-
 catur.

G R E G.
XIII.

Transumptis
habeatur &
des.

poterunt quomodolibet in futurum, fieri omnino prohibemus. Ceterum volumus, ut presentium transumptis etiam impressis, manu Secretarij dictæ Societatis, vel Notarij publici subscriptis, & sigillo Præpositi Generalis eiusdem Societatis, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem omnino fides habeatur in iudicio, & extra illud, quæ litteris ipsis originalibus haberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, supplementationis, decretorum, statuti, præcepti, interdicti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1584 octavo Kal. Junij anno Pontificatus Nostri tertio decimo.

M. Car. S. Stephani.

Cæsar Glorierius.

A. de Alexijs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

GRE-

C O N S T I T U T I O

Qua Societatis institutum , & ratio gubernandi confirmantur: & ne quid contra hæc à quoquam tentetur , grauiter interdicitur .



G R E G O R I V S E P I S C O P V S

Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

ECCLESIAE Catholicæ , cui Deo auctore præsumus, decor, atque vtilitas postulat, vt cum in omnibus illius membris fouendis, atque ornandis assidue nobis laborandum sit: in illa tamen præcipuam vigilantiæ nostræ partem impendere debeamus, quæ non modo ipsa per se , robur, ac pulchritudinem corpori huic mystico afferunt; sed cæteras etiam eiusdem partes vel disruptas consolidare, vel integras custodire, vel fœdatas eluere , atque etiam ornare valeant. Inter hæc autem quem locum obtineant religiosi Ordines , præsertim vero qui proximorum vtilitati deferuiunt , non obscure perspicimus, cum & superiora tempora , & præsentia diligenter attendimus .

In

G R E G. In his vero Religio Societatis Iesu, quam nouissimis hisce diebus diuina prouidentia excitauit; adeo strenue laborauit, ac sine intermissione laborat, ut illius vel turbationem, & infirmitatem, ad commune Ecclesiæ damnum; vel pacem, atque integritatem, ad eiusdem utilitatem maxime pertinere putemus. Et quoniam neque tranquillitati, neque firmitati huiusmodi Ordinum prospectū esse poterit, nisi eorum instituta firmiter inconcussa seruentur, ijsdemque modis feliciter progrediantur & crescant, quibus a Fundatoribus Domino inspirante, atque hac sancta Sede approbante, primum fundati sunt: necessarium duimus, ea quæ ab Ignatio huius Ordinis Fundatore, ordinata; & a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus circa eiusdem Societas Institutum sancta sunt, Apostolicæ firmatatis munimine denuo robolare. Quamuis enim præfatæ Societatis Institutum iam inde ab eius primordijs fuerit per fe. re. Paulum III. & Iulium etiam III. Romanos Pontifices Prædecessores nostros approbatum, & a fe. re. Gregorio XIII. etiam prædecessore nostro, primo per eius quasdam litteras sub Dat. Kal. Februar. Pontificatus eius anno undecimo, deinde copiosius per Cōstitutionem, quæ incipit, Ascendente Domino, confirmatum: Nihilominus tamen non siccirco defuerunt, qui adhuc sub zeli, & boni specie, aliqua ex

Regulares
Ordines eis
dem modis
crescere de
bet, quibus
fundati sūt,

Sunmoris
Pontificum
instituti So
cietas ap
probatio
nes.

ijs,

ijs, quæ in dictis Pontificijs approbationibus,
 & confirmationibus continentur, & alia etiā,
 quæ ad Institutum, & rationem gubernandi
 dictæ Societatis pertinent, varijs modis im-
 pugnare. Quin etiā apud piæ mem. Sixtū Pa-
 pam V. Prædecessorem item nostrum oblatis
 libellis, & varijs excogitatis modis traducere,
 & calumniari, atque vt ea quæ consultissimè
 sancita erant, infringerentur, conari veriti nō
 fuerint; Instantes scilicet, vt res & negotia
 Societatis non per Superiores, vt hactenus iu-
 xta illius Constitutiones, & Apostolica diplo-
 mata factum est, sed per Capitula, seu Congre-
 gationes definiantur: Vt electiones tam Pro-
 uincialium, quam Superiorum localium, non
 à Præposito Generali iuxta huiusmodi Con-
 stitutiones, ac diplomata, sed in Capitulis eis-
 dem fiant: Vt Nouitij in Societatem, & ad vo-
 ta Scholasticorum peracto biennio Nouitia-
 tus in Capitulis eisdem admittantur: Vt pro-
 fessioni certum ac præfixum tempus statua-
 tur, quo exacto, per suffragia Congregationis
 Religiosi huiusmodi ad professionem admit-
 tantur: Vt qui iuxta Institutum, ac formulam
 ipsam votorum, qua voverunt, sanetaque
 huius Sedis approbationem à Societate dimit-
 tuntur, non nisi ordinarij iudicij forma serua-
 ta dimittantur. Illa etiam in controversiam, Quædam in
dubium vo-
catæ.
 & examen eodem tempore addueta fuere,
 nempe, Nomen ipsum Societatis Iesu, quod

G R E C.
 XIII.

Impugnan-
 tiūm inuen-
 ta & præsū
 ptiones.

D non

GREG. non esset ita deinceps vocanda : Religiosos non professos non debere ad facros ordines promoueri: Huiusmodi Religiosos non esse, prohibendos, quin ad alios Regulares Ordines transire: Similiter nec laicos, ut ad Sacerdotium, nec alios non professos, ut ad professionem, aut ad gradus mutationem aspirare possint: Facultatem præterea eos, qui professi non sunt, dimitendi, non probari. Quibus & huiusmodi alijs nouis impugnantium inuentis si aditus pateret, vniuersa Societatis strutura labefactaretur, atque cōuelleretur. Nos igitur huiusmodi impugnationibus diligenter consideratis, & perpenso circa reliqua, quæ in controuersiam, & examen deducta fuerant, nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium iudicio, qui ex mandato eiusdem Sixti prædecessoris, illa accurate discusserant, & examinauerant: Simul etiam perpendentes, primum quidem quod modus ille res & negotia per Capitula definiendi, optimum Societatis ordinem, ac vniuersam gubernandi rationem, prorsus euerteret; Illam enim Ignatius Fundator quamvis Superiorum consilium, prudentiamque, ac rerum experientiam adiuuare, & promouere curauerit, adhibitis scilicet, tam Generali Præposito, quam singulis alijs Superioribus tum Provincialibus, tum localibus, suis, ex selectioribus, Consiliarijs, atque
**Ratiōne ubi
nandi in So
cietate.**

Admo-

Admonitoribus, monarchicam tamen , & in G R E G .
definitionibus, vnius Superioris arbitrio con-

XIII .

tentam esse decreuit. Deinde quod ratio Capitularium electionum maxima ipsi Societati afferret incommoda ; In qua , licet electiones quædam primariæ, cuiusmodi sunt Generalis Præpositi, ac illius Assistentium , & Admonitoris in generalibus Congregationibus , in Prouincialibus vero, tam eorum, qui Generalem Præpositum eligere, vel generali ipsi Congregationi cum iure suffragij interesset, quam Procuratorum etiam , qui e singulis prouincijs quolibet triennio in Vrbem ad Procuratorum Congregationem mittuntur ; & eiusmodi quædam aliae electiones per secreta scrutinia, & decisiua suffragia fiant : In reliquis Graduū di-

nihilominus proprij cuiusque gradus iudiciū,
& officiorum discretio ac distributio , iuxta
Constitutiones easdem , & Apostolica diplo-

mata , ipsius Instituti confirmatoria prædi-

ctorum Pauli III. ac Iulij etiam III. præde-
cessorum nostrorum , tota est in ipsius Præ-
positi Generalis manu. Quam Præpositi Ge-
neralis, ac reliquorum illi subordinatorum
Superiorum auctoritatem nonnulli impugna-
tores multis modis contrahere , ac eneruare
tentarunt. Denique quod in ipsorum dimis-
sionibus, qui iuxta formulam Votorum sim-
plicium in Constitutionibus expressam, voeu-
runt, quosque in Societate retinere non expe-

D 2 dit,

G R E G. dit, nec contractus vitiouse claudicet, nec villa
XIII. alia interueniat iniustitia. Considerantes in-
 bus Societa-
 tis votis nec
 contractus
 vitiouse clau-
 dicat, nec
 iniustitia vil-
 la interce-
 dit.

super, quod in regularis disciplinæ, ac spiri-
 tualis perfectionis non exiguum detrimentū,
 totiusque Ordinis perturbationem maximā,
 atque perniciem vergeret, si ea quæ à funda-
 toribus sancte statuta sunt, atque ab uniuerso
 ipso Ordine saepius in illius generalibus Con-
 gregationibus recepta, & approbata, & quod
 præcipuum est, ab hac Sancta Sede sancta &
 confirmata sunt, non solum mutari, sed quo-
 cunque prætextu impugnari ac labefactari
 contingat: Omni nobis studio curandum es-
 se duximus, eiusmodi nouitatibus, ac teme-
 rarijs impugnantium præsumptionibus om-
 nem aditum præcludere, ac Societatis indem-
 nitati prospicere; vt hac ratione Societas ip-
 sa nostro & Apostolicæ Sedis præsidio mu-
 nita, atque in sui Instituti puritate, & Regu-
 laris disciplinæ integritate, quiete, ac pace
 conseruata, vberiores in dies fructus in agro
 Domini perget, ipso Domino adiuuante, ala-
 criter, & absque impedimento proferre. Mo-
 tu igitur proprio, & ex certa scientia nostra,
 deque Apostolicæ potestatis plenitudine, lau-
 dabile ipsius Societatis Institutum, Constitu-
 tionesque omnes, ac statuta, & decreta, &
 quæ illud concernunt præmissa omnia, & sin-
 gula, prædictaque, ac quæcunque alia eius
 priuilegia, facultates, exemptiones, immu-
 nità-

**Noua insti-
 tuti, Con-
 stitutioni,
 ac præmis-
 forum om-
 nium & pri-
 uilegiorum
 Societatis
 confirmatio.**

nitates, gratias & indulta à prædictis, seu etiam ab alijs prædecessoribus nostris, etiam per communicationem concessa, qualiacunque illa, ac si ad verbum præsentibus inserventur, pro expressis habentes, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, suppletives omnes iuris ac facti defectus, si qui interuenierunt in eisdem. Et nihilominus hac nostra perpetuo valitura Constitutione, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, statuimus, decernimus, & ordinamus, vt in Societatis prædictæ Congregationibus quibuscumque eo prorsus modo procedatur, atque ea tantum tractentur, & definiantur, que in Constitutionibus ac Congregationum generalium decretis statutum iam est, vel in posterum statuetur, vt in eisdem Congregationibus tractentur & definiantur. Electio vero Superiorum tam Provincialium, & Visitatorum, quam quorumcunque localium tota sit penes Præpositum Generalem iuxta Constitutiones easdem, prout penes ipsum esse & conseruari districte præcipimus, cum potestate illorum facultatem reuocandi, restringendi, & etiam augendi, ac administrationis rationem ab illis exigendi, & eosdem ab officio remouendi, prout in Domino iudicauerit expedire. Nouitios etiam tam in eorum admissione ad Societatem, quam ad Scholasticorū vota post biennium Nouitiatus, iuxta Socie-

G R E G.
XIII.

In Cōgregationibus
procedatur
iuxta cōsti-
tutiones &
decreta.

Superiorū
electio to-
ta sit penes
Præpositū.

Nouitij ad
Societatem
& ad scho-
lasticorū vo-
ta per Supe-
riores sunt
admittēdi.

G R E G. tatis morem, per Superiores admittendos esse. Graduum etiam discretio & iudicium, ac Coadiutorum tam spiritualium, quam temporalium, simulque & Professorum promotio iuxta huiusmodi Constitutiones similiter sit in manu Praepositi Generalis. Tempus autem promotionis ad huiusmodi gradus, nullo modo volumus certum seu determinatum esse; sed Constitutiones, ac diplomata praedicta hac etiam in parte omnino obieruari volumus, & mandamus, quae statuunt selectos tantum spiritus & doctrinæ viros, & multum diuque exercitatos, ac in varijs probationibus virtutis, & abnegationis sui ipsorum cum omnium ædificatione, & satisfactione, latis cognitos ad professionem esse admittendos; & denique non nisi cum Societati, vel eius Praeposito Generali fuerit ab eis plene in Domino satisfactum. Omnis auctoritas omnesq; facultates Præposito concessæ, tam in ijs quæ ipse per se exercere debet, quam in communicatione Provincialis, & Visitatoribus, ac alijs quibuscumque Superioribus per ipsum facienda, integre & inuiolate conseruentur, quenam ut ratio ipsa docet, & Ignatius fundator prudenter animaduertit, ad hoc ut Societas bene gubernetur, valde expedit, ut Præpositus Generalis omnem habeat in ea auctoritatem ad ædifica-

tio-

tionem, ex qua præter cætera quam plurima, illud sequetur commodi, ut vniuersius Ordo ad monarchicam gubernationem compositus maxime teruetur vnitus, ipsiusque membra per vniuersum orbem dispersa, per omnimodam hanc subordinationem suo capiti colligata, promptius atque facilius a summo capite Christi in terris Vicario, ad varias functiones iuxta eorum peculiarēm vocationem, ac speciale votum dirigi, atque moueri possint. Quod vero attinet ad dimissionem, Declaramus formam iudicariam adhibendam non esse, sed modum in Constitutionibus præscriptum, & haec tenus in ipsa Societate seruatum, de cetero seruari volumus, nempe ut etiam sine aliquo processu, tela, aut ordine iudicario, ac nullis terminis etiam substantialibus seruatis, sola facti veritate inspecta, culpæ vel rationabilis causæ tantu ratione habita, ac personarum, aliarumque circumstantiarum, quarum consideratio sit cum caritate & prudentia coniuncta, procedi possit, auctoritate prædicta declaramus, & decernimus. Quin etiam omnes facultates, omnemque iurisdictionem, quod ad subditorum correctionem & punitionem pertinet, quibus cunque Ordinibus, eorumque Generalibus haec tenus concessas, non ad instar, sed æque principaliter ipsi Societati, eiusque Præposito Generali concedimus & elargimur. Quo

G R E G.
XIII.

Formam iudicariā in dimissionibus seruandā non esse.

Omnes facultates ad correctionē & punitionē alijs Ordinibus concessae, Societati eiusque Præposito cōcedūtur.

D 4 vero

G R E G.

X I I I .

Nomen So-
cietatis Ie-
su esse reti-
nendum.

Societatis
Religiosos
emissus vo-
tis simplici-
bus, ad fa-
cros ordi-
nes promo-
ueri posse.

Ad nullum
alium ordi-
nem (Car-
thusiensium
excepto) eis
transire li-
cite.

Ad sacerdo-
tium, vel ad
professionē
aut cuiusuis
gradus mu-
tationē aspi-
rare non de-
bēre.

Potestatem
dimitendi
tanquam rē
magni mo-
mēti ad So-
cietatis cō-
fervationē,
esse omnino
retinēdam.

vero ad reliqua, quæ in controuersiam vocata
erant, sic statuimus. Nomen Societatis Iesu,
quo laudabilis hic Ordo nascens, à Sede
Apostolica nominatus est, & haec tenus insi-
gnitus, perpetuis futuris temporibus in ea
retinendū esse; ac Religiosos huiusmodi post
emissa vota, & si simplicia, ad sacros etiam
presbyteratus ordines iuxta Summorū Pō
tificum concessiones, promoueri posse; eis
demque emissis huiusmodi votis, ad quemvis
alium Ordinem Mendicantium, vel non Mē
dicantium (Carthusiensium dumtaxat exce-
pto) transfire minime licere. Laicos vel alios
non Sacerdotes ad Sacerdotium, vel eosdem
aut qui Sacerdotes sunt, ad professionem, aut
cuiusvis alterius gradus mutationem aspirare
non debere. Potestatem quoque a Societate
dimitendi quosvis non professos, ab hac Se-
de Apostolica sēpius approbatam, eosque ab
omni obligatione votorum iuxta Constitu-
tiones, & diplomata huiusmodi emissorum,
per dimissionem ipsam, per quam vota prædi-
cta cessant, liberandi, tamquam rem magni
momenti ad Societatis puritatem, & conser-
uationem retinendam, omnino ratam, inta-
ctam, & illibatam esse volumus. Et ut pertur-
batorum, & contradicentium audacia coer-
ceatur, ac ne ipsi, vel perniciose eorum exem-
pli alij in posterum quæ ab hac Apostolica
Sede semel stabilita sūt, præcipue circa Regu-
larium

larium Ordinum institutionem, & confirmationem, in quibus alioquin ad eandem Sedem tantum manus apponere spectat; impugnare aut eneruare impune præsumant, aut villo modo valeant; Præcipimus in virtute sanctæ Obedientiæ vniuersis & singulis personis, tā secularibus, quam quorumuis Ordinum regularibus, cuiuscunque status, gradus, & præminentia exstant, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, aut alia maiori ecclesiastica dignitate, seu Cardinalatus honore, vel mundana quavis auctoritate, seu excellētia præfulgeant: ipsis vero Regularibus etiam dictæ Societatis Religiosis, sub poenis excommunicationis latæ sententia, necnon inhabilitatis ad quævis officia, & dignitates, vocisque tam actiua, quam passiuæ priuationis, eo ipso absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem Nobis ac Successoribus nostris dumtaxat reseruamus, ne dictæ Societatis institutum, Constitutiones, aut decreta, vel ex eis quippiam, aut ex præmissis omnibus articulis quemlibet, vel aliud quid supradicta concernens, etiam maioris boni, aut zeli, seu quouis alio quæsito colore, aut prætextu directe, vel indirecte impugnare, vel immutari, alterari, aut formam aliam seu rationem circa ea induci curare, aut contra, vel præter ea, seu quævis alia ipsius instituti substantialia agere: vel quippiam ulli alij, præter quam

G R E G.

XIII.

Perturbato
rū audacia
coetetur.
Præcipitur
omnibus in
virtute san
ctæ obediē
tiae.

Regulari
bus vero
etia sub ex
communica
tionis latæ
sententiæ,
inhabilita
tis, ac vocis
actiua, &
passiuæ pri
uationis
poenis eo ip
so incurren
dis.

Ne Societa
tis institu
tum, consti
tutiones, aut
decreta, vel
ex ijs aut il
la cōcernen
tibus quip
piam impu
gnent vel
alterari cu
rent.

GREG.

XIII.

Aut contra vel præter ea agat, vel quipiam vlli alij alterandum præterquam Ro. Pontifici idque im mediate vel per legatum, aut societa ti vel Præposito proponant.

Innouat ur penæ Con stit. fe. re. Greg. XIII. omnia que in ea conte ra confir mantur.

Præsentes de surre ptionis vi tio notari non posse.

Net sub qui busuis reuo cationibus cōprehēdi.

quam Nobis, aut Romano Pontifici pro tempore existenti, idque immediate, vel per nostrum, aut Sedis Apostolicæ Legatum seu Nūcium, vel ipsius Societatis generali Congregationi, aut Præposito Generali, addendum, minuendum, aut immutandum, siue alterandum proponere quoquo modo audeant vel præsumant. Pœnas denique omnes in Gregorij XIII. prædecessoris prædicti Constitutione (Ascendente Domino) contentas, ac Constitutionem candem, cum omnibus & singulis in ea contentis, ac si omnia ad verbum præsentibus infererentur, per præsentes approbamus, & innouamus. Decernentes præmissa omnia & singula, necnon præsentes, ac in eis contenta quæcumque nullo vñquam tēpore, etiam ex eo, quod interesse forsan habentes ad id vocati non fuerint, vel alio quocumque prætextu, & ex quaquis causa quantumvis vrgenti, legitima, & rationabili, de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quoquis defectu notari, impugnari, inualidari, retractari, annullari, reuocari, ad viam iuris reduci, in dubium, vel controuersiam reuocari, aut aduersus illa quocumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari posse vel debere; Nec sub quibusuis similiu vel dissimilium gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispo

sitio-

sitionibus comprehendī , sed ab illis semper excepta, & quoties emanabunt, toties in pristīnum & eum , in quo antea quomodolibet erant, statum restituta , reposita & plenarie redintegrata , ac de nouo etiam sub Dat. per Societatem illiusque Pr̄epositum Generalem, & alios Superiores pr̄ædictos quandocunque eligenda, de nouo concessā, ac etiam confirmata & approbata, validaque, efficacia & illibata, etiam absque eo quod desuper a dicta Se de illorum vltior restitutio, revalidatio, confirmationis, seu noua concessio impetranda sit, fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac easdem præsentes litteras ad probandum plene omnia & singula pr̄emissa sufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri. Sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere legatos, in quauis causa & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & definiri debere: Nec non irritum & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari . Mandantes vniuersis & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac ceteris Ecclesiarum, & locorum etiam Regularium Prælatis per vniuersum

GREG.
XIIIIC.

Sic iudicari
debere.

Mandatur
Ordinationis
ut curent
præsentes
litteras ab
omnibus ob
seruari.

GREG.
XIII.

sum orbem constitutis, ut præsentes litteras in
suis quisque Ecclesijs prouincijs, ciuitatibus,
dioœcesibus, & iurisdictionibus ab omnibus in-
uiolate obseruari. Quin etiam Præpositum, ac
personas Societatis huiusmodi defendat, eos
que præmissis omnibus & singulis pacifice
frui faciant & gaudere; non permittentes,
ipsoſ per quoscunque quomodolibet molestia-
ri; contradictores per censuras ecclesiasticas,
& alia iuris, & facti remedia opportuna, ap-
pellatione postposita, compescendo, inuoca-
to ad hoc etiam, si opus fuerit, auxilio brachij
ſæcularis. Non obstantibus tam ipsius Sixti
prædecessoris super modo, & forma admittē
di nouitios ad religionem, quam alijs quibus-
uis constitutionibus, & ordinationibus Apo-
ſtolicis, aut decretis per eundem, vel quoslibet
alios prædeceſſores nostros, etiam viuæ vo-
cis oraculo, aut alias quomodolibet editis, ac
etiam aliorum Ordinum iuramento, confir-
matione Apostolica, vel quauis firmitate alia
roboratis statutis, & consuetudinibus, priuile-
gijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis
quibuscunque huiusmodi Ordinibus, Uni-
uersitatibus, locis, aut personis per quoscun-
que Romanos Pontifices prædeceſſores no-
ſtros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam Mo-
tu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Aposto-
licæ potestatis plenitudine, & cum quibusuis
irritatorijs, annullatiuis, cassatiuis, reuocati-
uis,

Non obstan-
tibus.

uis, modificatiuis, præseruatuis, exceptiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriū derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clautulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus & singulis etiamsi in eis caueatur expresse, quod illis nul latenus, aut non nisi sub certis modo, & forma in illis expressis derogari possit, pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret; tenores huiusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuīsim ab eadem Sede sit indultū, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Præsentis autē Constitutionis & gratiæ communicationem omnibus alijs, qui sua priuilegia cum ipsa Societate copiose participant, participareque poterunt quomodolibet in futurum, fieri omnino prohibemus. Ceterum volumus, ut præsentium transumptis etiam impressis manu Secretarij dictæ Societatis,

GREG.
XIII.

Præsens cōcessio non
communi-
catur.

Transum-
ptis habe-
tur fides.

GREG. tatis, vel Notarij publici subscriptis, & sigillo
XIII. Præpositi Generalis eiusdem Societatis, vel
alterius personæ in dignitate Ecclesiastica
constitutæ munitis, eadem omnino fides ha
beatur in iudicio, & extra illud, quæ litteris ip
sis originalibus haberetur, si essent exhibitæ
vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum li
ceat hanc paginam nostrę approbationis, con
firmationis, supplicationis, statuti, ordinatio
nis, decretarum, concessionis, elargitionis,
præcepti, reseruationis, innouationis, manda
ti, declarationis, derogationis, prohibitionis,
& voluntatis infringere, vel ei ausu temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare præ
sumperit, indignationem Omnipotētis Dei,
ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum se
nouerit incursum.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno
Incarnationis Dominicæ M.D.XCI. Quarto
Kal. Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

L. Dat.

M. Vestrius Barbianus.

A. de Alexijs.

Registrata apud Marcellum Secretarium.

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9

